



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/320822>

THESES JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BART. JAC. LINTELO DE GEER,

PHIL. THEOR. MAG., LITT. HUM. ET JUR. UTR. DOCTOR, PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO AC HODIERNO HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FREDERICUS HENRICUS VAN PERSIJN,

Koudekerka-Batavus.

A. D. III M. JUNII A. MDCCCL, HORA III.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. G. BROESE.

MDCCCL.

THESES.

I.

Non confundenda sunt juris et legis praecepta, neque negligenda in legis interpretatione regula: bonam legem nullam esse, nisi quae cum juris praeceptis conveniat.

II.

In jure Romano mensis est triginta dierum.

III.

Locator non habet jus pignoris in frivola secundi conductoris nec habet pignus pignoris per l. 11. § 5. D. de Pign. act.

IV.

Qui rem commodatam accepit, non potest cogi ut restituat rem ante tempus exactum.

V.

Missio in bona non per se confert pignus.

VI.

Decretum rescindens ex praevia cognitione interpositum et judicium rescisorium utrumque necessarium est, si in integrum restitutio locum habet.

VII.

In regundis finibus inter Cod. Civ. et caett. codicem placita nihil facit temporis, quo aut hi aut ille compositi sunt, ratio, cum omnes uno eodemque tempore introducti sint; sed consideranda potius sunt argumenta, de quibus in singulis codicibus agitur, ut antinomia, si quae in iis adesse videatur, tollatur.

VIII.

Facile in concordiam rediguntur art. 1082 C. C. et art. 784 C. de Rat. Proc. in caus. civ.

IX.

In Cod. Civ. effectus matrimonii maxime attenduntur civiles, non est tamen matrimonium contractus, neque hoc significat legislator.

X.

Matrimonium incipit a tempore, quo magistratus status civilis conjuges declaret conjunctos.

XI.

Jus, quod commissionarius habet in bona committentis non est merum privilegium, sed pignus ex conventione tacita.

XII.

Si societas nomine collectivo decoxisse pronunciatur, non ideo necesse est ut socii in eundem statum incident.

XIII.

In nostro Codice de decoctoribus judicium universale et vis attractiva, quae dicuntur, revera non possunt dici adesse.

XIV.

Neque moratorium neque decoctoris cum creditoribus pactio in jure Romano fundamentum habent.

XV.

Condemnatio a judice militari non sufficit ad crimen repetitum constituendum ex Cod. Poen.

XVI.

Minus probandum est quod controversiae aliquando iuris civilis ad judicia criminalia deferantur.

XVII.

Ubi factum non imputatur propter moderamen inculpatae tutelae, quaestio esse non potest de actione civili ob damnum hocce facto illatum.

XVIII.

Delictorum gravitas ex poenis aestimanda non erat.

XIX.

Conatus partus abacti ex art. 317 C. P. puniri nequit.

XX.

Commendandum videtur, ut opificibus merces solvatur
secundum operae mensuram, non pro tempore laboris.

XXI.

Industria non peculiarem quandam regiminis formam
requirit, ut florere possit.

XXII.

Cum principiis liberi commercii non congruit privile-
gium inventoribus concessum (*octrooi van uitvinding*).

196/20

conspicuous in the middle of the day, and
more or less conspicuous at night.

222

more or less conspicuous in the middle of the day, and
more or less conspicuous at night.

223

more or less conspicuous in the middle of the day, and
more or less conspicuous at night.

more or less conspicuous in the middle of the day, and
more or less conspicuous at night.

more or less conspicuous in the middle of the day, and
more or less conspicuous at night.

more or less conspicuous in the middle of the day, and
more or less conspicuous at night.

more or less conspicuous in the middle of the day, and
more or less conspicuous at night.

more or less conspicuous in the middle of the day, and
more or less conspicuous at night.